

nediciones notatæ in Missali sunt communes cuiusque Sacerdoti, etiam Regularibus in suis Ecclesiis; illæ verò, quæ ponuntur in Rituali Romano censentur reservatæ Curatis animarum.

Hinc non levis est disputata inter Doctores; an benedictio Mulierum post partum fieri possit à solo Parocho, vel etiam à Regularibus? Et ad horum favorem respondisse Sacram Congregationem die 2. Julii 1620. asserit Novarius in Summa Bullarum part. 2. Commentar. 51. num. 17. ea ratione, quia, etsi collocata existat talis benedictio in Rituali Romano, statim post Ritu celebrandi Matrimonium; nihilominus Ritale in rubrica huius benedictionis non nominat Parochum, prout paulo ante fecit in Rubrica benedictionis nuptiarum; sed nominat simpliciter Sacerdotem, dicens, Si qua puerpera, &c. petierit à Sacerdote benedictionem. Cæterum contra Regulatæ scripti Genuensis in Praxi Curie Archiepiscop. Neapol. cap. 72. num. 13. cum enim puerpera pro receptione illius benedictionis solita sit offerre candelam, ad imitationem Deiparæ, quæ obtulit parturiturum, aut duos pullos colubarum, & omnis oblatio Parochianorum de Jure spectat ad Parochum, ad ipsum pariter debet pertinere benedictio puerperæ privative, quod ad alios quoscumque, etiam Regulatæ; ut etiam docet Pignatellus tom. 5. consult. 77. per totam, addens sequentes rationes, quia hæc benedictio est accessoria benedictionis sponsozum; fit cum cotta, & stola, quæ est signum jurisdictionis, quam Regulatæ exercere non possunt, cum eam non habeant in exteris mulieribus; à quarum immo consortio, & colloquio eos alienos esse convenit, ut pluribus Sanctorum exemplis ibidem Pignatellus demonstrat. Ulterius, quia sic servatur Romæ, quæ est Sacrorum Rituum Magistra. Rota coram Merlino Decif. 657. num. 21. & Decif. 745. num. 12. Quibus alitque pluribus congruentibus per eundem Pignatellum allegatis, tandem concludit, Sacram Concilii Congregationem re semel, ac iterum maturè discussa in Una Antwerpensi die 18. Novembris 1662. censuisse, ac declarasse, Non licere Regularibus in propriis Ecclesiis mulieres post partum ad Purificationem admittere. Neque obstat contraria declaratio ejusdem Sacræ Congregationis de anno 1620. 2. Julii, apud Novarium, quia pœcessit ad favorem Regularium Civitatis Bononiæ, qui habebant profectus consuetudinem, & legitimam præscriptionem benedictionis mulieribus post partum, qua cessante, talis benedictio à proprio Parocho est faciendæ; ut diximus etiam supra Decif. XXVII. n. 80.

Ad Abbates autem consecrationis munere insignitos, vel Privilegio Apostolico vallatos, spectant omnes benedictiones, tam cum Sacra unctione, quam sine ipsa, & ideò possunt calices, patenas, & campanas benedicere, nec non Sacerdotalia Indumenta; sed pro usu, & servitio Ecclesiarum sibi subditarum; non autem ad petitionem alienorum, ut supra plene probavimus circa consecrationem Altarium Decif. XIII. à num. 21. & seqq. ubi plures rationes adduximus, Decreta Sacræ Congregationis, & Doctores ita tenentes, quibus addendi sunt Lezana in Sum. tom. 3. Verb. Benedictio num. 7. Gavantus in Rubr. Missalis part. 4. tit. 19. n. 22. & in Manuale Episcoporum Verb. Abbas num. 29. & 30. Nicolius in Flocculis eod. Verb. Abbas n. 5. & Lantica in Teatro Regul. Verb. Benedictio, num. 2. ubi addit, cautè esse legendos Auctores, qui extendunt hanc facultatem ad paramenta, & res aliarum Ecclesiarum, quales sunt Ascianus Tamburinus de Jure Abbat. disp. 23. q. 13. tom. 1. & Quartus de Benedictionib. d. tit. 1. sect. 4. dubit. 6. qui manifestè falluntur.

Ad Prælatos tandem Religionum mendicantium spectant ex Apostolicis Privilegiis benedictiones omnes, in quibus Sacrum Christma non adhibetur, & idcirco possunt benedicere Corporalia, Vestes Sacerdota-

les, & Ecclesiastica paramenta, ut docent communiter omnes Moralistæ; Quartus d. sect. 4. dub. 7. Diana Coordinatus tom. 7. tract. 1. resol. 24. quæ de sumpta est ex veteri, in quo jacebat, part. 3. tract. 2. resol. 40. & Lezana d. tom. 3. Verb. Benedictio n. 8. ubi ita scribit: hæc porò facultas Prælatorum Regularium benedicens ornamenta Ecclesiastica, seu alia, in quibus Christma non intervenit, intelligi debet ad proprios usus, & pro ipsorum Ecclesiis, non pro aliis. Et refert declarationem Sac. Congregationis diei 13. Mensis Martii 1632. de qua etiam Barboza in Decif. Apostol. Verb. Abbas n. 1. & Novarius in Lucerna Regular. V. Benedicere n. 3. Quæ omnia hucusque dicta deserviunt pro intelligentia benedictionum Ecclesiasticarum, sive sint constitutivæ, sive invocativæ tantum, quæ sunt à supradictis Ecclesiasticis personis.

Laicales autem benedictiones, quæ solummodo invocativæ sunt, sunt, ut plurimum, à Parentibus super filios suos, sive naturales, sive spirituales, & harum origo licet in Scriptura Sacra videatur incipere à Noe post diluvium, quando data maledictio Cham filio irreverenti, benedixit Semo, & Japhetho; nihilominus credendum est, ipsum primum Parentem Adam solum fuisse benedicere filios, & nepotes suos, ut dicitur Quartus de Benedictionibus tit. 3. sect. 17. Praelud. 1. quem postea sequuti Patriarchæ consueverunt benedicere suos filios, cum essent morturi, ut legitur de Isaac Genes. 17. & de Jacob Genes. 48. & 49. & sic de cæteris; forma autem benedicens filios non est certis verbis præscripta, sed pendet à pietate Parentum; qui in lege Evangelica, unà cum verbis invocantibus bona spiritalia, & temporalia filiis suis, debent adhibere signum Crucis, & illam formare manu super illos, ut advertit Quartus d. Praelud. 1. quia Crucis signum est instrumentum cuiusmodi boni, teste Tertulliano de Baptismo cap. 8. Fructuosam autem esse filiis Parentum benedictionem asserit Ecclesiastic. cap. 3. vers. 11. dicens: Benedictio Patris firmat domos: id est stabilis familias, ut Tirinus commentatur; & e contra Maledictio Matris eradicat fundamenta, cujus horrendum exemplum narrat S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. quod refert Menochius in sua Economica Christiana lib. 7. cap. 14. num. 5. ubi addit alios duos casus, unum Matris maledicentis filium ingratum, & obsecrantis, ut occisus sibi domum posset deferri; alterum Patris à filio percussus, & dicentis; utinam manus illa tibi abscindatur, & tu in furca suspendaris; utrumque autem successit intra tres dies; siquidem duo filii prædicti bibendo, & ludendo simul in caupona, ad rixam provocati maledictus à Patre occidit maledictum à Matre, quem ita vulneribus confossum gens ad ipsam portavit; homicidæ autem capto à satellitibus manus fuit obruncata, & deinde ob homicidium ipsemet in furca suspensus. Hinc S. Caterina Senensis adhuc puerula Matri suæ quodam die maledicenti, sapienter dixit: Mater mea noli maledicere; quod si ego tibi inobediens sum, verberare me ipsam non desinas. Ita Frigerius in Vita ejusdem Sanctæ. lib. 1. cap. 4. num. 3.

Quo ad ultimum: Si querimus, quæ necessaria sint ad benedictionem novæ Ecclesie, vel Cœmeterii? Respondetur, delegandum esse licentiam ab Episcopo simplici Sacerdoti eam benedicturo: deinde servandas esse formulas, & preces præscriptas in Rituali Romano, quæ consistunt, in ablutione parietum exteriorum, & interiorum cum aqua benedicta, & aspergillo ex hyssopo; recitatione Litaniarum, & Psalmorum, ac Orationum prout in eodem Rituali; de quibus Cæremonialis agit Castaldus in Praxi lib. 2. sect. 11. cap. 6. ubi num. 4. advertit unum, quod non videt observari; videlicet, etiam Oratoria privata esse benedicenda juxta eandem formam præscriptam in Rituali Romano, etsi cum minori solemnitate exequendam, quod notent Episcopi, qui viso Indulto Apostolico, conceden-

cedente alicui nobili personæ usum oratorii privati pro Sacrificio Missæ, & visitato ipso Oratorio quo ad decentiam loci, & ornamenta, statim relaxant mandatum de celebranda Missa, nihil dicentes de necessitate præcedenti benedictione.

DECISIO XLIII.

ARGUMENTUM.

Agitur de Ornamentis Ecclesiarum, & Altarium, quæ sunt Ecclesiastica, Regalia, Moralia, & Legalia. Prima, nempe Ecclesiastica sunt Mappa, Pallia, Crux, Candelabra, Lucernæ, & alia prout in Rubrica Missalis, circa quæ variæ difficultates solvuntur, & eruditiones dantur, præcipue circa Lucernas perpetuas, & inextinguibiles antiquorum. Regalia ornamenta sunt donationes Principum. De his Historiæ plures, illaque donationes Constantini Imperatoris. Moralia sunt devotio, & reverentia plebis in Ecclesia. De his multa citata digna; & de Diaconissarum officio. Legalia tandem ornamenta Immunitatis loci Sacri. Agitur de Jure Asyli pro confugientibus ad Ecclesiam juxta Bullam Gregorii XIV.

SUMMARIUM.

- 1 Ornamenta Ecclesia, & Altaris necessaria ad Sacrificium.
- 2 Heretici Illuminati impugnant ornamenta Ecclesie, & Altarium.
- 3 Ornamenta Ecclesiastica pro Ecclesiis, & Altaribus quæ?
- 4 Tobales tres linee super Altare, & an ex Canape? & benedictio?
- 5 Pallium ad Altare coloris officio diei convenienti, & sine lignea coronide.
- 6 Crux in medio Altaris poni debet pro Missa, cum imagine Crucifixi, vel sue? Et an si in Icone sit dicta Imago? Vel si altare majus, & in eo recondita Eucharistia?
- 7 Candelabra cum candelis cereis accensis.
- 8 Candele accense in Missa quid significant? Earum numerus? Materia?
- 9 Candelaborum mysticus sensus.
- 10 Tabella orationum secretarum ad pedem Crucis.
- 11 Cusinus in Altari, & ejus significatio.
- 12 Leioris pro missali, loco cusini. Ejus nomina, & mysterium.
- 13 Ampullarum cum vino, & aqua pro Sacrificio locus.
- 14 Intortitia pro elevatione Eucharistie.
- 15 Campanula, seu Turrinabulum.
- 16 Tabula lignea an pulsanda feria 6. in Parasceve in elevatione Eucharistie?
- 17 Ornamenta Ecclesiastica non simpliciter, sed secundum quid necessaria pro Sacrificio.
- 18 Ciboria ad Altaria quid sint?
- 19 Altaria marmorea moderna descripta.
- 20 Pistoris ornanda Ecclesie, & Altaria. Testimonia antiquorum.
- 21 Iconoclaste contra sacras Imagines.
- 22 Pistorum eximiorum Catalogus apud Masinum.
- 23 Vela, & Tapetes pro ornatu Ecclesiarum.
- 24 Velatum Altare tempore Missæ, Cur, & quomodo?
- 25 Velum Altaris retraheretur ab Offertorio usque ad Communionem.
- 26 Dicitio verbi antecessantis, non replicata, sed omissa in sequenti.
- 27 Lucernæ, ac Lampadibus ornanda sunt Ecclesie.
- 28 Lampadarum forma diversa, & varia nomina. De Sacrificio Missæ.

- 29 Cicindelia, unde dicta?
- 30 Legata pia pro oleo Lampadarum Ecclesie.
- 31 Lucerne antiquorum æternæ, & inextinguibiles.
- 32 Lucerne æternæ quomodo ferent ab antiquis?
- 33 Floribus ornanda Altaria.
- 34 Frondes festivæ ad Officia Ecclesiarum cur? & quando ceperint?
- 35 Ornamenta Regalia quænam sint in Ecclesiis?
- 36 Roma cum aliis Civitatibus donata Summo Pontifici per Constantinum.
- 37 Matibidis Comitisse donatio Ecclesie Romanæ.
- 38 S. Ine Regis Britannici liberalitas erga Ecclesiam Romanam.
- 39 Emenrudis pie Matrone testamentum, & legata pia.
- 40 Pontificum Romanorum donationes Ecclesiis Romanæ.
- 41 Ruge in Ecclesiis quid essent antiquitatis?
- 42 Patavini Cleri divitiæ, & opulentia.
- 43 Legatum pium est quod relinquatur Ecclesie.
- 44 Donatio facta Ecclesie non requirit solemnitatem.
- 45 Dagobertus Rex Francorum liberatus à penis Purgatorii ob ejus liberalitatem erga Ecclesias.
- 46 Ornamenta Moralia in Ecclesiis devotio populorum. Devotionis regule.
- 47 Mulieres in Ecclesiis segregatæ à Viris, earumque introitus per divorsam januam.
- 48 Diaconisse olim quænam essent? Et qualia earum officia?
- 49 Diaconissarum officium Mediolani adhuc durat.
- 50 Egenti prohibiti querere elemosinam per Ecclesias.
- 51 Venetorum pietas, & devotio in audienda Missa.
- 52 Ludi theatralis, Comediæ prohibita in Ecclesiis.
- 53 Altari vicinus populus stare non deberet in Missa.
- 54 Mulier à Demone ditata, ut irreverentias cauferet in Ecclesiis.
- 55 Diabolus scribit peccata irreverentia commissa in Ecclesiis.
- 56 Ornamenta Legalia Ecclesiarum quæ?
- 57 Immunitas loci Sacri quò ad res, & personas ad ipsum confugientes.
- 58 Asylum apud Hebræos Templum, & sex civitates refugii.
- 59 Asyla apud Gentiles.
- 60 Immunitas loci Sacri quo Jure introducta?
- 61 Delicta, quæ non gaudent Immunitate loci Sacri.
- 62 Immunitatis violata loci Sacri puniatio cœlestis.

Quia satis non est, ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium digne celebrandum, consecratio, seu benedictio Ecclesie, vel Altaris, nam præter illam requiruntur etiam convenientia ejusdem Ecclesie, Altarisque ornamenta, quæ impij hæretici, Illuminati nuncupati, in principio hujus sæculi execrabantur, asserentes inter cæteros errores, quos profitebantur, Virtuti, saluque adversari elegantem ornatum in Ecclesiis, ac propterea ab eo esse abstinentium, ut notat Gualter. cap. 28. sæculo 17. & Sales de S. Inquisit. lib. 3. Regula 325. num. 488. idcirco in præsentem agendum est de ipsis ornamentis tum Ecclesie, tum Altaris, quæ quidem ad quatuor capita rediguntur; alia enim sunt ornamenta Ecclesiastica, alia Regalia, alia Moralia, & alia Legalia; de quibus breviter quæ potiora sunt, referemus.

Ornamenta Ecclesiastica sunt, quæ à Rubricis Missalis præparari jubentur in Ecclesia, & in Altari pro

3 Divini Sacrificii celebratione; videlicet Mappa, sive Tobalæ, Pallia, Crux, Candelabra, Candelæ cereæ accensæ, Tabella Secretarum, Cusinus pro Missali; locus pro collocandis ampullis vitreis cum vino, & aqua, pelvula, & manutergio; Intortium accendendum ad elevationem Sacramenti; & Campanula eodem tempore pulsanda, prout in Rubrica Missalis tit. 20. de quibus scribens S. Optatus Milevitanus, qui vivebat anno Christi 365. ita ait lib. 6. *Quis fidelium nescit in peragendis Mysteriis ipsa signa (Altaria scilicet, quæ in Africa lignea erant) Linteamine cooperiri? Victor quoque Episcopus Africanus Anno 530. lib. 1. de Persecutione Africana narrat; Proculum quemdam ad impio Genetico in Provinciam Zeugitanam adversus Catholicos missum, manu rapaci cuncta devastasse, & de Palliis Altaris camillas sibi, & famoralia secisse. Subdit autem Ivo Carnotensis Episcopus, qui scribebat anno 1088. part. 2. Decret. c. 132. Observandum est, ut Mensa Christi, idest Altare, ubi Corpus Dominicum consecratur, ubi Sanguis eius hauritur, ubi Sanctorum Reliquie reconduntur, ubi preces, & vota populi in conspectu Dei à Sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur, & mundissimis linteis, & palliis diligentissimè cooperiatur; nihilque super eoponatur, nisi capse cum Sanctorum Reliquiis, & quatuor Evangelia.*

In primis igitur Altare debet cooperiri tribus mappis, seu tobaleis, ex lino confectis. cap. Si per negligentiam. 27. De consecrat. dist. 1. quamvis etiam ex canape fieri possint ex Gavanto. tom. 1. part. 5. de Mensa Sacra. Suppellectil. S. Mappa ex Lino. Quartus in Rubr. Missal. part. 1. tit. 20. dub. 8. vers. Dico Secundum; ubi alios DD. citat. Tamburini de Sacrificio. Missæ lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 3. qui id affirmat etiam de Corporali. Bissus in Hierurgia Sacra, Verb. Altaris paramenta, num. 283. Quarum quidem tobalearum prima, & superior debet esse oblonga, itaut à lateribus pertingat usque ad terram, aliæ duæ possunt esse breviores, aut una duplicata, tantæ magnitudinis ut totum Lapidem Sacrum cooperiant, & debent esse omnes benedictæ ab Episcopo, vel ab alio potestate habente, excepto casu necessitatis, in quo non esset peccatum uti mappis non benedictis. Bissus d. num. 283. & in Verb. Linteum, n. 107. addens, quod in hoc casu, non esset amplius eis utendum ad profanos, vel domesticos usus. Secundò Altare ornandum est pallio coloris convenientis officio illius diei. Missal. in Rubric. General. tit. 20. num. 1. & potest fieri de quacumque materia lineæ, laneæ, sericæ; etiam ex auro, & argento solido; & in ejus medio Crux depingi, vel sculpi potest, seu imago alicujus Sancti, ejus præcipue, cui dedicatum est Altare; & quamvis possit benedici unâ cum tobaleis, ejus tamen specialis benedictio non est necessaria, & idèd specificæ pro palliis non habetur. Bissus d. Verb. Altaris Paramenta, num. 283. Immo sine pallio potest esse Altare si constructum sit Lapidibus marmoreis, ornatis, varietate, & pretiositate materiæ, ut hinc temporibus frequentatur in Ecclesiis qualificatis; adeò ut sit pallium ponendum, ubi Altare compositum foret ex materia rudi, & redderet indecentiam. Quartus d. part. 1. tit. 20. dub. 9. Pallia autem carere debent lignea coronide; quæ quidem olim erat in usu, ut vidi in adolescentia mea; sed esse reiteratis Episcoporum præceptis, in visitatione factis, desuevit, & ejus loco apponuntur fasciæ ac mirè elaboratæ, vel sericæ, & auro contextæ. Bissus ubi supra num. 282. §. 2. & hoc ne Sacerdos celebrans, dum junctis manibus jubetur in medio Altari illud digitis tangere, impediatur à coronide lignea pallii, quæ factis ampla fieri solebat. Ceremon. Episc. lib. 1. cap. 12. Tertio requiritur Crux in medio Altaris, ad celebrandum, tamquam signum Regis in Regia, cujus exempla sequamur.

Bissus d. Verb. Altaris Paramenta, num. 284. vel quia ex iudicio meo, Christus Dominus usus est Cruce tamquam Altare pro Sacrificio cruento Sacrificio à se offerendo in Calvario; ut dictum est supra Decif. XIII. num. 41. Sed utrum in Cruce debeat esse imago Crucifixi? Ascendendum est ex communi usu Ecclesiæ; negandum verò ex præcisa necessitate; quia Rubrica Missalis d. tit. 20. loquitur de Cruce, non autem de ipsius Crucifixi imagine; & quotiescumque mandat, Sacerdotem se inclinare Crucem, non exprimit imaginem Crucifixi; adeò ut sit factis, in medio Altaris ponere Crucem, etiam non haberet eandem Crucifixi imaginem. Quartus d. part. 1. tit. 20. dub. 10. Bissus ubi ante num. 284. §. 3. addens, asserere Gavantum, ponendam esse Crucem in medio Altaris, etiam in Leone ejusdem sit insculpta, vel depicta imago Crucifixi; negare verò Tamburini de Sacrificio. Missæ lib. 1. cap. 5. §. 6. num. 2. Sed Tamburini opinio non est amplectenda, quia est contra verba Rubricæ; neque illa, quæ asserit, Crucem non esse necessariam in Altari, si in eo sit Tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento, non ponatur figura, ubi adest figuratus; nam etiam in illo Altari Crux est ponenda al Sacrificio celebrandum, ut manifestè deducitur ex Rubrica Missalis, Deritu seruan. tit. 4. num. 4. & 6. ubi mandat si Missa solemniter celebratur in antedicto Altari, prius esse genuflectendum Sacramento ibi incluso manente; deinde tunc esse Crucem incensandam; & idem in Vespers faciendum fore. Ergo ex præcepto Rubricarum Crux est apponenda etiam in Altari majori, in quo est Tabernaculum cum Sanctissima Eucharistia. Bissus d. Verb. Crux Altaris; n. 586. ubi id limitat, si Sanctissimum Sacramentum sit solemniter expositum in eodem Altari, ex Gavanto part. 2. tit. 14. n. 6. & ex Baudry in Manual. Sacra. Ceremon. part. 2. c. 9. art. 3. num. 3. & part. 3. tit. 15. num. 4. & cap. 17. n. 6. advertentes tamen dicitis locis, non esse abique magna necessitate celebrandum Missam in illo Altari, in quo est expositum Sanctissimum Sacramentum. Quarto ab utroque latere Crucis debent esse Candelabra cum candelis cereis accensis, saltem duabus; quia nunquam licet celebrare abique lumine; cap. fin. de Celebrat. Missar. quia lumen significat vel expectationem æternæ lætitiæ nobis promissæ in hoc Sacrificio. Gemma Anim. lib. 1. cap. 118. vel quia Sponsus, qui Christus est, expectari debet cum lumine. S. Hieronymus. Epist. 20. Vel quia innuit claritatem Christi in Sacrificio; vel purgationem rubiginis nostrarum culparum; ut ex SS. Patribus differit Gavantum part. 1. tit. 20. Rubr. Missal. Litt. T. In necessitate potest celebrari cum unico lumine concedit Azorius lib. 10. cap. 28. §. 5. & Quartus d. part. 1. tit. 20. dub. 11. Cum pluribus autem luminibus, cessante superstitione, vel ambitione, nihil prohibet litare, puta ob diem festum, vel Altaris solemnitatem, aut assistentiam personæ in dignitate constitutæ. Bissus d. Verb. Altaris Paramenta, n. 284. §. 7. Cereæ tamen debent esse Candelæ; non ex servo, vel simplici oleo, neque in casu necessitatis, juxta opinionem Suarezii in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 81. scilicet. 3. vers. Tertio; esset enim magna indecentia; etiam id concedant DD. quos allegat Diana Coordinatus tom. 2. trad. 1. resol. 156. desumpta ex veteri part. 2. trad. 14. resol. 67. Denotant autem duo Candelabra duos populos Judaicum, & Gentilem, inter quos fac Crux, signum lapidis angulæ Christi, qui facit utraque unum, & idèd Crux debet esse altior candelabris, ea ratione, quia Christus Dominus factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; propter hoc Deus exaltavit illum; Ad Philip. 2. §. 9. idest super omnes populos. Gavantum d. part. 1. tit. 20. Litt. V. ubi docet, Crucem in Altari medio esse debere ita præaltam, ut pes Crucis æquet altitudinem candelabrorum, & Crux ipsa

ipsa tota candelabris supereminet; quod nimium videtur; neque est in praxi receptum; nimis enim esset extollenda Crux quando candelabra sunt magna; idèd fati puto, si mediæ superior Crucis superet medietatem superiori candelabrorum. Quintò ad pedem Crucis collocanda est Tabella orationum secretarum, Hymni Angelici, & Symboli Apostolorum, & juxta communem usum in cornu Evangelii tenenda est alia Tabella cum In principio, &c. & in cornu Epistolæ alia cum Lavabo, &c. ad commodiorem usum Mystrarum. Sextò opus est pulvinari, seu Cusino, super quo requiescat Missale, per quod significari, ait Innocentius III. lib. 2. cap. 41. ministranda esse temporalia prædicanti Verbum Dei, ut abique incommodo victum habeat. Vel ex Hugone lib. 2. cap. 20. cor suscipiens Verbum Dei, debere esse tenerum, non lapideum, ut cor Judæorum. De eo ita scribit Bissus Verb. Cusinus, n. 612. Fieri potest ex quacumque materia, sed decentius est, quòd sit similis planete, cum quatuor fociis in quatuor angulis. Hinc temporibus invaluit usus Lecto-rillis ligneis, auro, vel argento contexti, loco cussini, super quo reponitur Missale, ut commodius Sacerdos legere Missam possit, ob ejus Lecto-rillis altitudinem, quod etiam vocatur analogium, Pluteus, Lectorium, Dictionarium, & Lectricium, de quibus vocibus agunt Ferrarius de Orig. Lingue Italice verb. Lectorium. Et Magrius in Hierolexic. verb. Ambo. Silebitibus circa illum Gavanto, Baudry, Bisso, & aliis ceremoniis. Commoditas legendi illud gratum reddit; præcipue Sacerdotibus linecos oculos non habentibus, & retinet in se mysterium pulvinaris, seu cussini, suppeditat enim requiem libro, & inveniunt, quæ necessaria sunt ad victum, esse subministranda, ne in temporalibus labore. Septimò locus debet esse paratus propè Altare ad collocandas in eo

13 Ampullas vitreas cum vino, & aqua pro Sacrificio, pelvulam, & manutergium; videlicet vel parva mensa, vel fenestella in muro Ecclesiæ, non autem

14 Altaris. Bissus d. Verb. Altaris paramenta num. 285. Octavo requiritur Intortium, vel cereus accendendus in elevatione Sacramenti; etiam in diebus festis duo magis conveniant; quòd si unicum intortium adhibeatur, debet esse in Cornu Epistolæ, non solum quia est vicinior ministro, illud accensuro; sed etiam ne minister ipse ipsum accendens in cornu Evangelii causet distractionem Sacerdoti, faciem in eam partem habenti conversam, & canonem legendi.

15 Bissus ubi prox. d. n. 285. §. 1. Tandem campanula habenda est, vel in mensa apud ampullas vitreas, vel in muro appensam cum cordula ita longa, ut minister genuflexus in cornu Epistolæ possit illam pulsare ad Sanctus Sanctus, &c. ut excitet devotionem circumstantium, & ad elevationem Sacramenti, ob ejus reverentiam, & introductionem ejus usum ait Bissus Verb. Campanula n. 44. §. 1. vel ab Honorio Papa III. vel à Vidone Cardinali; subdens §. 2. aliquando laudabilius esse, eam non pulsare in Missis privatis, quando Missa alia solemniter celebratur; vel dicitur Officium Divinum in Ecclesia, vel populus adorat SS. Eucharistiam ibidem expositam; est enim tunc in actuali devotione, & adoratione, à qua sono campanulæ distraheretur. Quod autem scribit Baudry p. 4. cap. 10. art. 4. n. 18. non esse pulsandam tabulam ligneam, dum elevatur Sacramentum feria sexta in Parasceve, eò quia populus illud adorat attentè, tamquam mox de sepulchro e ductum, mihi non aridet; facili enim mentes hominum evagant; & ad sonum tabulæ ligneæ, colliguntur, atque elevationem Sanctissimæ Hostiæ majorum obsequio mirantur, & venerantur. Sonus autem campanulæ, dum Sacerdos sumptuosus est Sanguinem Domini, non laudatur à Gavanto part. 2. tit. 10. n. 6. neque à Bisso d. n. 44. §. 3. dicentes gratis

fieri: sed ubi talis est usus, ut Venetiis, non est impugnandus, excitat enim in illo actu iterum populi devotionem, & attentionem.

Hæc sunt ornamenta Altaris Ecclesiastica, quæ sunt simpliciter necessaria ad Sacrificium Missæ ritè perficiendum, tamquam à Rubricis Missalis, & ab universali usu Ecclesiæ commendata. Alia tamen sunt ornamenta Altaris necessaria secundum quid, juxta majorem, vel minorem ministrorum Ecclesiæ devotionem, aut diem uterque solemnitate; videlicet ciboria cum columnis, picuræ, vela, tapetia, lucernæ & flores. De Ciboriis, & columnis ita scribit Anastasius in Gregorio Primo. Hic fecit beato Petro Apostolo ciborium cum columnis suis quatuor ex argento puro. Et in Leone Tertio: fecit in Basilica beati Petri Apostoli, super Altare majus, ciborium cum columnis suis quatuor ex argento purissimo de aurato, cum diversis historiis mirè magnitudinis. Erant autem ciboria turritæ adiculæ, quatuor minimè columnis innixæ, quæ tegebant Altare more Græcorum, ut ex Paulo Silentiario apud eruditissimum Cangium demonstrat Joan. Mabillon de Liturgia Gallicana lib. 1. c. 8. n. 8. Hac tempestate ornatur Altaria erectione columnarum ex politissimo marmore, quarum spiræ, & stylobata faciebant Angelicis, seu inscriptionibus eruditissimè condecorantur. Epistylia verò scapulis superimposita, astragalus, vel fasciis ornata, aut Angelos sustinent, aut triglyphos floribus, & frondibus, tamquam coronis tumentes.

Picturis quoque, sacris scilicet imaginibus Ecclesiæ, & Altaria ornanda sunt juxta Apostolicam traditionem, quam late comprobat Emin. Cardin. Baronius ad Annum Christi 57. ubi num. 34. & seqq. cum probasset in primis Vexillum Crucis potius locum inter picturas, in Ecclesiis fieri solitas, obtinuisse, subdit: At non his tantum picturis Ecclesiarum abides, sed & ipsos Ecclesiarum parietes dextra, & sinistra dispositos, diversis historiis veteris, vel novi testamenti ad pietatem aspicientes instruendis, fuisse egregie exornatos, idem Auctor. (S. Paulinus Episcopus Nolanus, qui eodem seculo vixit, quo Constantinus Magnus Imperator) in nono, & decimo Natali Sancti Felicis, quem præclaro poemate illustravit, copiose describit. Subindè de istisdem picturis ad ornatum Ecclesiarum, in istisdem fieri solitis, testes allegat S. Augustinum de consensu Evangel. lib. 1. cap. 10. & contra Faustum lib. 22. cap. 73. S. Basilium Orat. in S. Barlaam, & S. Gregorium Nisenum Orat. in Theodoret. Ac paulò post, confutato canone 36. Concilii Eliberini, tamquam commenticio in illis verbis: Placuit picturas in Ecclesia esse non debere. Quæ addita ab hæreticis fuisse demonstrat; subdit Prudentii Poætæ Christiani, in quarto seculo sequentia carmina promentis circa Divi Cassiani martyrium, videlicet:

Erexi ad cælum faciem, stetit obvia contra
Fucus colorum picta Imago Martyris;
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri (miserabile visum)
Confossa parvis membra hæbant stis.

Et de S. Hippolyto ita pariter canentis:

Exemplar sceleris paries habet illitus; in
quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta super tumulum species liquisse viget umbræ,

Effigies tradit membra cruenta Viri.

Quod prosequitur Spondanus eodem Anno Christi 57. num. 34. & ad Annum 69. num. 6. eandem veritatem aliis testimoniis comprobans; quam corroborat etiam S. Gregorius Turonicus Antistes, qui in humanis erat seculo sexto; scribens enim in libr. 1. De Gloria Martyrum cap. 65. de Templo S. Antoliani Martyris apud Avernus, quod duæ mulieres per illu-

Illustres construxerant, Ereclis, inquit, parietibus su- per Altare editi illius, turrem à columnis, pharis, heraclique, transfolatis arcibus erexerunt, miram cameræ fuorum diversitatibus imaginatam adhibentes pitarum. Idemque Auctor in Histor. lib. 7. cap. 36. introducit milites Gundobaldo Chlotarii filio insul- tantes his verbis: Tunt es Pistor ille, qui tempore Chlotarii Regis per Oratoria parietes, atque cameras caraxabas? idest pingebas. Et antea in cap. 22. agit de puellis, & pueris Eberulfi, qui suspiciebant pitarum parietum, rimabanturque ornamenta Sepulchri beati Martini.

Præclari pariter sunt versus Ennodii (in initio eju- dem VI. sæculi viventis) quibus describit picturas SS. Martyrum, quorum Reliquie erant in Baptiste- rio agello, videlicet:

Rapta Sepulchris animavit corpora Pistor. Funera viva videns mors eat in tumulos. Illorum tamen iste locus complectitur artus, Quos paries facie, menti tenet alma fide.

Eundem ornatum Ecclesiarum è celeberrimis pi- cturis testatur Venerabilis Beda, qui vivebat octavo sæculo in lib. 1. de Histor. Monasterii sui, num. 6. Et quavis eodem sæculo Iconomachi, & Iconoclastæ hæretici omnem impetum fecerint, suffragantibus Leone II. Cardine, Copronymo ejus filio Imperatoris Orientalibus, aliisque eorum successores, ut Sacras Imagines ab Ecclesiis tollerent, dura veritate persequo contra ipsarum veneratos annos 120. ut latè Emin. Cardine. Baronius, & Spondanus ab Anno Christi 726. usque ad Annum 842. constans fuit Catholica Ecclesia in earum Sacrarum Imaginum tura- mine, & adoratione, adeo ut multò magis sequenti- bus sæculis usque ad nostra tempora sollicita fuerit Christianorum pietas in Ecclesiis ornandis, præci- pue Sacras Imagines, & Sanctorum historias pingendo per manus extimiorum Pictorum; quorum catalo- gum posuit Antonius Masinus in sua Bononia Perlu- brata in fine, ubi quadringentis circiter Pictores atque Sculptores recenset, qui his quatuor ultimis sæculis floruerunt, & eorum celebres picturas pos- tissimum in ornamentum Ecclesiarum factas narrat; quas legisse curiosum, piumpque Lectorem non pige- bit, nisi potius eundem legere delectet Plinium, de excellentia picturæ differentem lib. 35. cap. 8. 9. 10. & 11. nec non Chassanæum in Catalog. glor. Mund. part. 11. consider. 44. ubi in laudem picturæ hæc ha- bet: Certò magni ingenii est, & divinam propè cogni- tionem attingit, varias animalium, rerumque species sic mente concipere, ut pomicillo, & variis coloribus adeo exprimentur, quasi in illis nihil præter Spiritus desit.

Velis quoque, & tapetibus etiam antiqui orna- bant Ecclesias, de quibus ita scribit Emin. Card. Bona- rer. Liturg. lib. 1. cap. 25. propè finem. Notandum est autem Veli nomine scpe Aulea, seu Peristromata intel- ligi, quibus Ecclesie parietes ornantur. Itemque Siparium, sive cortina, que ante portas Sanctorum à Græcis appendi solet. Et ad hoc Velum referendas puto orationes Veli, seu velaminis, que in Liturgia Jaco- bo Apostoli, & in Basilii Magni Anaphora leguntur; non autem ad Velum Calicis, ut quidam existimavit. Erat olim apud Latinos aliud Velum, sive Cortina, que inter Chorum, & Presbyterium, ubi Chorus in medio Ecclesie ante Altare, & Presbyterium situs est, quadregismali tempore expandi solebat, de qua agunt Usus antiqui Cistercienses cap. 15. Et vetus cere- moniale Benedictinum cap. 31. Ejus usum adhuc vigere in quibusdam Ecclesiis Gallicanis à viris doctis, & suo dignis intellexi.

Ex his dicere licet, per multa sæcula non solum in Ecclesia Græca, sed etiam in Latina fuisse usitata Vela, que Sanctorum, idest Altare majus intra Cho- rum, in quo divinum Missæ Sacrificium peragebatur, cooperirent. De his loquebatur S. Dionysius Arcopa-

gita in Epist. ad Demophilum in illis verbis: Proce- dentemque benevolè ad ea loca, que sunt extra Vela di- vina. Et S. Gregorius Nazianzenus orat. 20. loquens de Valente Imperatore. Cum quidem ille, ait, ne- scio quomodo, rursus nobiscum in Ecclesiam se contu- lisset, & intra Velum existisset. Sed de eodem Velo, quod erat in usu etiam in Ecclesia Latina differit S. Gregorius Papa Epist. 30. ad Constantium lib. 3. & in libro Sacrament. in illis verbis: Deinde pergunt ad Altare, & extenso Velo inter eos, & populum, &c. Atque de illo loquitur Anastasius in Leone III. dicens: Fecit & in circuitu Altaris alia vela alba, bolserica rosata, que pendunt in arcu de Ciborio, numero qua- tuor. Ciborium enim, ut supra dictum est, super qua- tuor arcibus erectum sustentabatur à quatuor columnis; in medio quarum erat Altare, quod Sanctuarium vocabatur, & tempore Sacrificii tegebatur velis appen- sis ad easdem columnas. Hinc S. Gregorius Turo- nensis lib. 4. Hist. cap. 31. notat, quod avix quædam in Sacrarium sub Velo ingressa, cicineleum extinguerè vo- luisse, nisi ab ostiariis prohibita fuisset.

Sed dicit aliquis, si Sacerdote litante, Sanctuarium hoc est altare, in quo Missa celebrabatur, tectum erat Veli, quomodo populus adstabat Missæ, neque Sacerdotem, neque Sacramentum videns?

Respondet eruditissimus Sarnelius Episcopus Vi- giliarum in sua Basilicographia cap. 32. n. 2. quod stab- bat cooperium prædictis velis Altare usque ad offerro- rium, quia usque ad illud permittentur stare in Ec- clesia Catechumeni, Penitentes, & Gentiles, ut audiret preces, divinas laudes, ac præcipue expli- cationem Evangelii, si vive concionem; qua completa ab ostiariis dimittentur ex Ecclesia, & factò offerro- rio, tollebantur Vela, de quibus supra, ut fidelis popu- lus posset videre, & adorare Sacramentum in Missa oblatum; juxta verba D. Chrysostomi Serm. 3. in Epist. ad Ephes. Cum audieris Oremus, communitur & Vela trahi videtur. Et illa in Hom. 61. ad Popul. Cum Vela videtur retrahi, tunc supernum calum aperiri cogita, & Angelos descendere. Retrahebantur enim Vela par- tum ante consecrationem.

Neque obstat textus in cap. 1. De Vita, & honest. Cleric. ubi in fine dicitur: Ad orandum verò, & communi- candum laicis, & feminis (sicut nos est) pateant Sancta Sanctorum. Quibus verbis innui videtur, vela esse retrahenda toto Missæ curriculo, ut fidelis populus posset orare. Nam respondet supradictus Vigilium Episcopus, legendum esse cum Ivo Carnotensi, & cum Burcardo Ad Adorandum verò, & communican- dum; exagitatione, quia antiqui non replicabant in ver- bo sequenti dictionem, que erat in verbo antecedenti, & idè dicebant Arcam errantem, idest Arcam came- ratam. Item Quomodo volent, videlicet Quomodo volent: Pariter Basilicobea meam pro Basilicobea meam. Quod legitur etiam apud Virgilium Æneid. 11. Mani Abelle, pro Mania Abelle. Ad adorandum itaque, & ad communicandum patebant Sancta Sanctorum, quia aperiebantur Vela in Missa tempo- re consecrationis, ut Sacram Hostiam fideles pos- sent adorare, & subindè eam recipientes communi- care. Porro Vela significabant etiam, ut notavit supra Emin. Card. Bona. aulea, vel peristromata; seu tapetia, quibus ornabantur parietes Ecclesie; ac pavimenta, præcipue gradus Altarium, de quibus infra, dum de Regalibus ornamentis, & dona- tionibus scilicet Regum, Principum, ac Pontificum factis, quibus omni tempore ditatæ sunt Ecclesie lo- quemur.

Lucernis quoque, & Lampadibus accensis ornan- dæ sunt Ecclesie, juxta primitivorum Christianorum usum, qui Apostolorum exemplo edoði plurimas Lucernas in Ecclesiis accendebant in signum spiritua- lis lætitiæ, ut latè probant Emin. Card. Baro- nius ad Annum Christi 58. n. 26. & segg. Nec non ibi- dem Spondanus (qui SS. Patrum testimonia cumu-

lant)

lunt)

lunt)

lunt)

lunt)

lunt)

lunt)

lunt)

lunt)

lunt)

tant) & referunt sequentia carmina Divi Paulini in Natali 3. & 6. S. Felcisi Martyris.

Clara coronatur adens Altaria lychnis. Lincina ceratis adolentur odora papyrus; Noctè, atque micant. Sic nox, splendorque diei

Fulget; & ipsa dies caelesti illustris honore, Plus micat innumeris lucem geminata lucer- nis.

Alit aliis pilis accendant Lumina ceris, Multi foresque cavis lychno laquearibus aptent; Ut vibrent tremulas funalia pendula flammæ.

Quis non miretur S. Paulini mirabile ingenium, & elegantiam metri in describendis Lampadibus, quas multiformes lychnos, & pendula funalia appellat, quibus vibrabant tremulæ flammæ, idest accensæ ardebant. Variæ erant formæ antiquorum lucernarum

in Ecclesiis, quas impressas ponit Magrius in Hierolexic. Verb. Butto, pro ut etiam varia earum nomi- na; nempe Butto vox Græca Βύττω, quæ signifi- cat Scyphum, seu vas concavum, & ea usus est Anastasius in Leone III. dicens: In venerabili Mo- nasterio S. Sabæ fecit buttonem argenteum. Et in Leo- ne IV. Obtulit in Basilica S. Petri buttonem de ar- gento purissimo. Item Encephotus, idest Lampas unius luminis ex Græca dictione ἐν κεφαλή, Item Enneaso- rium, idest novem luminum ab uno, ut scripsit supradictus Anastasius Bibliothecarius in vita Bene- dicti III. Obtulit canistrâ encefotia ex argento purissi- mo. Item Exaxoria videlicet sex luminum; nam

sex significat sex, & parva lumina, seu splendores. Tandem vocantur etiam Cicindelia vel à Cicindela, quæ est musca nocturna lucens, vulgò Lucciola, seu Caticesola; vel à Candæo, quia candet, & lucet; ut doctè Ferrarius noster De Origine lingue Italianæ verb. Censeludo. Quare S. Augustinus Serm. 215. de Temp. ait ad populum: Qui possunt, aut cereolos, aut oleum, quod in Cicindelibus mittitur, exhibeant.

Plura de Lucernis, & lampadibus Christianorum congerit etiam prælaudatus Sarnelius Episcopus Vigi- liarum in Basilicographia cap. 45. ubi num. 5. subdit, quòd vocabantur etiam Cantbara ab earum magni- tudine; nec non Delphinii, à forma piscis illius; di- cente eodem Anastasio: Fecit coronam cum Delphinis quatuor oleo ardentibus. Tantaque erat sollicitudo Christianorum, ut lucernis ardentibus ornarentur Ec- clesie; quod legata pia facere consueverunt, pro ha- bendo oleo ad accensionem lucernarum, & hinc est, quòd de se scripsit S. Gregorius Papa lib. 12. Epist. 9. Indid. 7. Anno scilicet DCIV. donasse Basilicæ S. Pauli amplam possessionem ad aquas Salvias, cum aliis campis pro usu Lucernarum, & Lampadum; pa- riterque Basilicæ S. Petri ad eundem effectum triginta quinque possessiones dedisse cum oliyctis.

Verùm circa lucernas antiquorum mirabilis est quòd tot, & tanti Auctores referant, earum pluri- mas inextinguibiles fuisse, idèque perpetuas appella- tas non solum in fanis, sed etiam, ac potissimum in sepulchris. S. Augustinus lib. 21. de Civit. Dei cap. 6. ita scribit: Si talia credenda sunt, credite & vos quod in eisdem literas est relatum, fuisse, vel esse quoddam Veneris sanum, atque ibi candelabrum, & in eo lucernam sub dno ardentem. ut eam nullatemp- pestas, nullus imber extingueret. Narrat quoque Ce- drenus, quem refert Aretius lib. 5. Impr. 133. num. 33. Edessæ postam fuisse Lampadem ardentem coram imagine Redemptoris nostri, quæ annos quin- gentos absque Olei additione collixit. In sepulchris autem tum Gentilium, tum Christianorum reper- tas fuisse lucernas ardescentes testatur Joan. Baptista Porta lib. 12. Magie naturalis cap. ult. Boccacius de Deor. genalog. lib. 12. cap. 67. & alii, quos refert Lice- ticus, (in hac Patavina Accademia Publicus Philolo- phæ Professor) in libro De reconditis antiquorum lucernis; quibus addendus Scardeonius Canonius Pa-

tavinus in sua Historia Urbis Antenor. lib. 1. Clas. 3. cap. ult. ubi narrat, propè terram Atheistis territorii Patavini, subterraneo sarcophago adinventam Lucernam ardentem, quæ ibi recondita fuerat annos supra mille & quingentos. Confimilem testatur Pan- ciroli in lib. de Rebus memorabilibus desperatis, re- pertam fuisse Romæ tempore Pauli Papæ III. in Sepulchro Tulliolæ filix Ciceronis.

Sudant Philosophi perquirentes causam harum perpetuarum Lampadam. Collegium Complutum di- sp. 3. quest. 5. num. 50. ita ait: Describere autem mo- dum, quo ipsæ Lucerne excitantur, nostra non inte- rest; sed remittimus Lectorem ad Prædictum Portam lib. 12. Magie natur. cap. ult. ubi illum tandem reducit ad Principium Philosophicum receptissimum, quia vi- delicet natura refugit vacuum; unde flamma vitro clausa, & omnibus oculis spiramentis, si momento ardat, perdurabit in æternum; nè scilicet semel ex- tincta vas vacuum relinquat. At quis sciverit flammam vitro includere accensam, & tam sic referat, ut nul- libi aer spirare possit?

Masius in Schola Christiani cap. 12. in fine hæc ha- bet: la Pietra Amianto, d' Abesse si liscia, si petta- na, si sila, & si teste in tele, delle quali g' antichè fa- cevano i vestimenti funebri; di cui g' Indiani vesti- vano i corpi de i loro Re morti, che abbruciandoli dentro di dette tele incombustibili, le cenere vis con- servavano; perchè queste tele non si abbruciano; massi fanno più nette, e risplendenti nel fuoco; e fattone un Lucignolo (notet Lector) ad una lucerna, mai non si consuma; nasce nell' Arcadia, e chiamasi anco- ra Piuma di Salamandra.

Donatus Calvi in Ephemeride. Bergomen. tom. 2. Ap- pen. Mensi Maji n. 19. narrat in Veneto Dominio in- ventam fuisse sodinam bituminis, resistentis ignis vo- racitati, cujus materix elychnia confecta semper ar- dent, & non consumuntur.

Mastrius in tom. 3. Philosophia in libro de Cælo, & Meteoris disp. 4. n. 64. ita differit: Sed longè dif- ficilius est assignare causam diurnitatis quarundam lucernarum ardentium, que in vetustissimis quibus- dam sepulchris subitis terram sepius inveniunt. Sand mirandum est quo modo, quòd ratione potue- rit per tot annorum centurias flamma in illis semel accensa conservari? Et infra: Variæ, ac minus idonee responsiones ad hoc excogitate sunt, quas omnes refert, & copiosè refellit Licetus lib. 2. Communior, & verisimilior responsio, quam reci- pit Aversa quest. 42. scilicet 2. & ipse Licetus, est, paratum fuisse in illis lucernis tale oleum, & ta- lem lychnum, ut tandiu ardere posset. Ratio est, quia quedam terrestria corpora inveniuntur, que se- mel inflammata diutissimè flammam retinent ob ma- terie pinguedinem, ac viscositatem; ut jam de bitu- mine diximus. Sed & adhuc extant alii Lapidis tenacioris nature, ut de Amianto præsertim refe- runt, & Asbesto, qui flammam semel conceptam adeo constanter retinent, ut nec aqua extinguere valeant; & Petrus Messias in Syl. par. 5. cap. 26. tradit, jux- ta Utrubam in novo Orbe esse lignum quoddam, quòd semel igne accensum ad longissima tempora accen- sum viget. Poterit ergo arte Chymica tale oleum ex his lapidibus, & mixtis distillari, ut igne invi- sum semper ardeat. Simile quoddam oleum commem- morat Elianus in Histor. Anim. lib. 5. cap. 3. Et Vires ad lib. 21. D. August. De Civit. Dei cap. 6. re- statur, se vidisse Parisiis lychnos quosdam, qui incensi nunquam absumebantur. Ex tali ergo oleo lucerne ille antiquorum parari poterunt, & ita significant Solin. loc. cit. & Albertus Magnus lib. 2. Mineral. tr. 2. cap. 1. Hucufque Mastrius Theologus magnus, nec minor Philosophus.

Aretius d. lib. 5. Impr. 33. à num. 31. & segg. examinans hanc difficultatem, refert opinionem Li- cetti, qui opinatus est, perpetuitatem lucernarum ar- den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

den-

dentium constitisse in materia, in qua ignis accendatur, adeo unctiosa, & viscida, ut ab ea ignis, qui jugiter aspirat suam evolare spheram; se liberare non possit, & cogatur in ea ardens remanere: siquidem, (ait Licetus) ignis non eget pabulo, sed tamquam avis in compedibus, studet abire, & tunc extinguitur lucerna, quando ignis destructa unctuositate, & tenacitate materiæ, cui erat alligatus, quasi contractis vinculis aufugit, & avolat.

Porrò Aretius ubi ante num. 38. & Maffrius num. 65. irridet, & confutant opinionem Liceti; fallum est enim quòd ignis non eget pabulo; docet enim experientia, ipsum extingui deficientibus lignis, aliavè materia combustibili. Neque verum est, quòd viscositas, & pinguedo materiæ teneat ignem alligatum, ne sursum evolet; semper enim in altum evolat flamma suo motu naturali, & statu, vento, aut alia concussione extinguitur, est inherere prædictæ viscositati. Quare Maffrius d. disp. 4. num. 65. in fine, adhaeret opinioni ejusdem Aretii, concludens quæstionem his verbis: *Vel dicendum historiam illam de Lucernis Antiquorum esse fabulosam, ut demonstrant Aretius Impr. 7. lib. 2. Florus Querengus in lib. Italico delle Lucerne de Sepolcri antichi, & alii. Vel si verò Lucerne illæ ardent inventæ sunt, & non existant, dicendum cum Jacobo Guthero lib. 2. De Jure Manium, non semper illas arsisse; sed tunc primùm, cum effusa terra apertus est locus, accessum fuisse ignem in lucerna externi aeris afflatu; aut alio modo. Vel tandem si verum est, ab initio accensas fuisse, & ardeat arsisse semper, hoc referendum esse ad operam Demonis in Antiquorum sepulchris, & Templis, ut innuit D. Augustinus cit. lib. 21. de Civit. cap. 6. Vel ad divinum miraculum; ut pie credi potest de lucerna quadam ante Imaginem Christi, quam commemorat Majorus Colloq. 23. post quingentos annos inventam fuisse accensam intra quemdam parietem. Hæc facta de Lucernis antiquorum. Qui plura desiderat, legat auctores, quos allegat Menochius in *Strovis Cent. 9. cap. 41. Et Cent. 11. cap. 29.**

33 Flores etiam considerantur inter ornamenta Ecclesiæ, & ponendi sunt ad ornatum Ecclesiæ, seu Altarium, ut ait Gavantus in Rubric. Missal. part. 1. tit. 20. in fin. his verbis: *Floribus item, & exquisitis quibusdam ramulis aptis, & concinne dispositis, seu vasis, seu scissis, protemporum varietate; sive in vaseculis elegantibus, sive alia ratione ornari poterunt Altaria; exemplo Nepotiani quem hæc de re personarum c. 5. Hieronymus commendat. Ratio est, quia apud antiquos florum, & frondium appositio, & effusio erant signum obsequii, devotionis, ac reverentiæ. Hinc scriptum est de Machabæis lib. 1. cap. 4. quòd ornaverunt faciem Templi coronis aureis, & scutulis, quæ interpretantur à Lyrano ibidem Flores, & frondes arborum; & idem significavit Regius Pfalter in Psal. 117. vers. 27. dum dixit: *Constituete diem solemnem in condensis usque ad cornu Altaris. Quæ verba vertuntur a S. Hieronymo: Frequentate solemnitatem in frondibus, & à Lorino: Ligatæ Festum frondibus. In cuius Judaici obsequii confirmationem legitimus apud Emin. Card. Baronium ad annum Christi 42. n. 18. quòd descendente Marco Agrippa Jerosolymis; plebs, à qua magnopere amabatur, super ipsum frondes, & flores projiciebat. Igitur primitivi Christiani sic à SS. Patribus edocti Ecclesias, & Altaria ornare soliti erant floribus, & frondibus, ut demonstrat Sarnellius Episcopus in sua *Basilicograph. cap. 11. allegans testimonia S. Hieronymi, & S. Augustini; idemque facit Eminentiss. Cardin. Bona Rer. Liturgic. lib. 1. cap. 25. ubi addit S. Gregorium Turonensem lib. de Glor. Confess. cap. 50. sic de S. Severo scribentem: Solitus erat flores litorum, tempore quo nascuntur, colligere; ac parietes hujus adis appendere. Ulterius habent carmina S. Paulini Episcopi in Natali 3. S. Felicii sic canentis, & Fideles invitantis.***

Ferre Deo pueri laudem; pia soloite vota; Spargite flore solum; prætexite limina feris.

Purpureum ver spiret hyems, sit Florens aunos

Ante diem; sancto cedat natura diei.

Quibus concordat Poema Venantii Fortunati lib. 8. *carm. 9. ad Radegundem: quod carmen de floribus super Altare inscribitur; in quo præmissis Veris redeuntis elogio subdit.*

Indè Viri poples, & pulperia ornant;

Hinc mulier vesco complet odore snum.

At vos non vobis, sed Christo feris odores;

Hæc quoque primitias ad pia Tempia datis.

Tevistis variis Altaria festa coronis;

Pingitur ut filii Floribus Ara novis.

Et ex his invaluit usus apud Christianos ornandi fores Ecclesiarum, diebus festivis, positione frondium 34 ex hedera, & lauris, alique virentibus arboribus decerptarum, immixtis foliis aureis, coloribusque compositis; quamvis enim principio Ecclesiæ fideles hinc frondibus januas ejus non ornarent, immò abhorrent ab hujusmodi ornatu; quo utebantur Gentiles in eorum superstitionis, necnon inhonestis ritibus, de quibus Juvenalis Satyr. 12.

Et matutinis operantur festa lucernis.

Et Tertullianus lib. 2. ad Uxor. cap. 6. *Procedit de janua lauretana, & lucernata, ut de novo consistorio publicarum libidinum.* Et alibi, videlicet in lib. de Idol. cap. 15. *Et de Coron. Milit. cap. 13. infuse subdit: Christianus nec domum suam laureis infamabit. Nihilominus tractu temporis cum ornatus prædicti sanctificati essent in solum usum Divini cultus, & honorem Dei, cæperunt frequentari à fidelibus, ut erudit demonstrat Sarnellius tom. 1. Epistolæ. Ecclesiæ. Epist. 20. ubi plura adducit exempla rerum, & consuetudinum, quas adhibebant Gentiles, fueruntque à SS. Patribus, & Sacris Conciliis permixtis fidelibus ad honorem Dei, & ejus cultum prætexendum; quod latius ostendit etiam Emin. Card. Baronius ad Annum Christi 200. n. 5. & extat Elogium S. Hieronymi laudantis Nepotianum in Epist. ad Heliod. de obitu Nepotiani his verbis: *Basilicas Ecclesiæ, & Martyrum concilabula diversis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis obumbrabat.* Et hæc de ornamentis Ecclesiasticis.*

35 Regalia verò Ornamenta, quibus decorandæ Ecclesiæ, Altariaque veniunt, sunt illa, quæ à Regibus, Principibus, Marchionibus, aliivè in dignitate, sive mundana, sive Ecclesiastica, Cor Regium, munificum, & generosum habentibus donantur, & de his piissimis, ac splendidissimis donationibus plenè sunt historiarum, quarum aliquas breviter tamen, hic duximus referendas. Prima est illa Constantini Imperatoris, qui Romanæ Ecclesiæ, pariter infinita præpè munera collata in Basilicas ab eo ædificatas, donavit Urbem Romanam, Palatium Lateranense, aliasque Provincias, & Civitates; de quibus in cap. Constantinus. dist. 96. Et quamvis contra illam insurgant tum heterodoxi, tum alique ex Catholicis relati per Barbofam in d. cap. Constantinus n. 4. ea ratione, quia Imperator videtur non potuisse tam amplas facere donationes in damnum Imperii, attentò juramento, quod in sua coronatione facit de juribus Imperii illis servandis; bene respondet ibi Barbofa, Constantinum tum Senatus, & populi accedente consensu potuisse donationes illas facere, cum ipsi Deo in Ecclesiæ sua factæ fuerint: Dei autem est terra, & plenitudo ejus, & centuplum reddidit illis, à quibus sibi aliquid datur; præterquam quòd Provincias, Civitates, & bona Romanæ Ecclesiæ donata per Constantinum, ab Imperatoribus antecessoribus tyrannicè fuerant occupata, & de jurè eorum Ecclesiæ restituenta; attentis etiam beneficiis à Deo receptis per ipsum Constantinum in Victoria contra Maxentium, & in sanatione à Lepra, ut ex Canonistis differunt Abbas conf. 82. part. 1. Hostiens. in Summa tit. de Immunit.

munis. *Ecl. n. 12. Ex Theologis Emin. Card. Bellarminus tom. 1. Contrav. 4. De Eccles. Militan. lib. 4. cap. 18. Melchior Canus lib. 11. cap. 5. Molina de Just. & Jure trad. 2. disp. 25. ex Juristis verò Marta de Jurisdic. part. 1. cap. 30. Buriatus lib. 1. conf. 124. Menochius conf. 149. num. 39. Cevalius commun. contra eor. qu. 245. novissimè Nicolius tom. 1. Lucubrati. Civil. in Rub. Inst. n. 17. pag. 6. & Paulus Rubens in addition. ad Rotam part. 3. rec. Dec. 2. à n. 25. usque ad n. 56. ubi plenissimè de hac donatione. Ac ulterius ex Historicis, & Annalistis Emin. Card. Baronius in Annus Christi 324. ubi de ejus munificencia erga omnes Ecclesias, & Spondanus ibid. ubi de Edicto Constantini circa eandem donationem Urbis Romæ, Provinciarum, & aliarum Civitatum, ad quos curiosum Lectorem remittimus. Secunda Regia quidem donatio est illa Mathildis Comitissæ, quæ anno 1077. ut scribit Leo Otlicensis Episcopus lib. 3. cap. 48. Liugian, & Tusciam provincias Gregorio Papæ VII. & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ devotissimè obtulit. Rota dec. 69. n. 71. part. 7. rec. Historici, & Annalisti ejusdem temporis; inter quos Emin. Card. Baronius, Spondanus, & Ricciolis in Chronico Magno, & Selecto Anno MLXXVII. Tertia est S. Inæ Regis Britannici, de quo ita scribit Spondanus Anno 740. num. 3. *Hoc pariter anno Occidentalium Saxonum in Britannia Rex Ina Sanctorum Regum decessorum suorum insignis devotionis amulus, antequam Regno suo se abdicaret, cuius Uxor Eadburga, non minoris fortitudinis feminam Monasticam vitam amplexa est* perpetuo pietatis monumentum fidem suam erga Romanam Ecclesiam voluit reliquisse testatam, dum Regni sui domos singulas, singulos denarios argenteos annuatim S. Petro pendere statuit: sic devocivè populum suum studens, ut annui census pensatione Dominum suum agnosceret S. Petrum, cuius & fidem firmam, illibatamque, jugiter conservaret, & auxilium in necessitatibus invocaret. Faxit Deus, ut hujus, ac aliorum SS. Regum Britannorum in illis nobilissimis populis exstitenda pietas exciteret, ut illi ut majorum suorum Religionem ne detrectent imitari. Legatur Vita ejusdem S. Inæ filii Henrici Regis Angliæ, quam Italico Idiomate ex Bollandi tradidit Hieron. à Basilica Petri in suis Ephemer. Sacris die 6. Februarii; & mirabiles virtutes suspicite tanti Principis, ejus præcipue liberalitatem in numerosis Ecclesiis addidit, præter supradictum annuum censum Basilicæ Divi Petri, quem Angli, eorum Lingua Romefot vocant. Quarta est illa, quæ legitur facta in fine sæculi VI. in testamento Illustri-*

39 Matronæ Ermentrudis; quod transcribit Joan. Mabillon in Liturgia Gallicana in Appendice Probat. n. 5. pag. 463. in qua plura legata sunt Ecclesiis Gallicanis ad pium cultum, & præterit sequentia, quæ non me piget referre de verbo ad verbum: *ut sciat Lector defectus Lingue Latine illius sæculi; ait enim: Basilicis constituitur Parsius, idest Basilica S. Petri urcio argenteo, valente solidis duodecim. Basilica Domni Maria gavata argentea valente sol. duodecim, & Cruce aurea valente sol. septo dari iubet. Basilicæ Domni Stephani anolo aureo nigellato valente sol. quatuor dari volo. Basilicæ Domni Geruasi anolo aureo nomen meus in se habentem scriptum, dari precipio. Basilicæ Sancti Sinsuriani, in qua bon. record. filius meus Deorovaldus requiescit, feno valente sol. duodecim, & caballo strato, & caracca, in qua sedere consuevi cum boves, & lestraria cum omni statura sua, pro devotione mea, & requiem Deorovaldi dari precipio. Et factis aliis comminibus piis legatis aliis Ecclesiis, subdit: *Item pro remedium anime mee, vel ex demendatione b. r. filii mei Deorovaldi Villam, cui vocabulum est Latinico, sita in Territorio Meldinse, cum campis, colonicis ad eadem pertinetis, cum pratis, piscibus, silvis, vel in omni jure, & termino suo, quis in portione supra memorati filii mei Deorovaldi**

obvenit, cum omni integritate. Basilica S. Sinsuriani, ubi sepultura habere amittitur, pro requiem ejus dari precipio. Ita latinizabant Notarii illius sexti sæculi, nisi aliterm, errores prolixi ex ignorantia amanuensium in faciendo transumpta illius testamenti. Quinto loco reserendum amplissimis donationibus per Romanos Pontifices factis Basilicis, & Ecclesiis Almæ Urbis, quas recenset Anastasius Bibliothecarius in vitis eorumdem Pontificum, & quarum aliquas transcribit Eminent. Card. Bona Rer. Liturgic. d. lib. 7. cap. 25. num. 13. & Ciampinus in tr. de Azymo cap. 14. Et sunt sequentes. In Vita Stephani IV. §. erat. *Fecit tres Regularis argenteo super Rugas, per quas ingreduntur ad Altare.* In Vita Hadriani I. §. Cimiterium: *Fecit Laudanas duas ex argento pensantes libras octo, quas posuit super Rugas de Presbytero, ubi arcus de argento existit. Et in S. At vero. Fecit etiam ter Beattitudi ejus Imagines sex ex laminis argenteis, involutas, ex quibus tres posuit super Rugas, quæ sunt in introitu Ecclesiæ Presbyterii.* Et prosequitur Ciampinus alias confimmas donationes ex eodem Anastasio traducere in Vita Leonis III. Paschalis I. Gregorii IV. Sergii II. Leonis IV. Nicolai I. & aliorum, & quoniam in singulis earum extat verbum illud *Rugas*; inquirat ipse, quid est *Rugas* in Ecclesiis, laminibus argenteis à Pontificibus ornatae? Et ait Bulengerus de Donariis Pontific. lib. 2. cap. 43. opinatum esse strias, vel canaliculos, vel sulcos in columnis Altarium. Torrigium in suis *Cryptis Vaticanis* par. 2. pag. 442. & 471. dixisse, *Rugas* fuisse inuas vel Ecclesiæ, vel Presbyterii. Magrum in *Hierozois*. notasse eos plura significasse, nempe tum sulcos, & canalicos columnarum, tum siphunculos, in quibus ponbantur aliquæ Virgæ pro ornamentis Altarium, laudanæ appellatae, tum etiam argenteas laminas ad undarum figuram ornatas, quibus facies Altaris decorabatur. Oñaviùm Ferrarium de *Origine Lingue Italice Verb. Ruga*, plures pariter sentus indicat hujus vocis, sed præcipue: eam significare *Viam, Correvium, Carrevium, seu Compositum, vel transitum* & idem opinatum esse Du Gange in suo *Magno Glossario eodem Verb. Ruga*; qui subinde credit, *Rugas* fuisse viam illam, seu limen, per quod Pontifex ingrediebatur cancellos, ascendens ad Altare, quod placet Ciampino, qui ex *Ordine Romano* Hippotii opera impressa referet Ordinem Processionis finita Missa factendæ, ubi hæc verba: *Post Episcopo Presbyteri, deinde Monachi, deinde Schola, deinde Milites Diaconarii, idest qui signa portant, post ejus Bauli, post eos Cerofatari, post quot Acolythi, qui RUGAM conservant; videlicet retinent populam in limine vice, ne impediatur Processionem deambulantem à Sacratio ad janam Ecclesiæ per Rugam, idest per viam apertam, & transtrum liberum, quem Acolythi custodiebant. Quare Ciampinus, pluribus didis de hac voce *Ruga*, concludit, verius esse, quòd significet viam, & aditum ad Sacratium, & Altare, & allegat Boccacium in *Novell. 15. & 26.* ubi ait: *Su per una via chiamata la Ruga Catalana, & Joan. Villanum in Chron. lib. 3. cap. 2. Come tiene oggi la grande Ruga, che va da S. Giovanni fino al Vescovaldo.* Quibus non addere possimus consuetudinem Venetorum, qui Venetiis apud pontem Riviati viam aurificum appellant *La Ruga degl' Orefci*. Hæc de voce *Ruga*.*

Revertentes ad Regalia ornamenta, quibus Ecclesiæ decorantur, idest ad pias donationes fidelium, has in toto orbe Christiano amplissimas semper fuisse nemo ignorat; ubique enim ditissimi sunt Episcopatus, Capitula, Monasteria, Abbatia, beneficia, & alii tituli Ecclesiarum; nobisque satis est considerare opulentam Cleri Patavini, provenientem ex Regia liberalitate fidelium; ipse enim simul, (Secularis scilicet & Regularis) habet in 43 annis redditibus quadringenta quadraginta millia Duca-

Ducatorum, & ex his solus Episcopatus triginta millia circiter; Cœnobium Monachorum S. Justine ordinis Casinensis quinquaginta millia; Ecclesia Cathedralis quadraginta septem millia. Moniales quinquaginta septem millia. Reliquos retinent alii Claustrales, Parochi, & simplices beneficiati. Quod si bona mobilia, Candelabra, Lampades, Vasa aurea, & argentea, pallia, tabellas, & alia ex auro, ac holoférico voluerimus considerare, & appendere in flatera; quasi arena maris reperitur absque numero; nulla enim est Ecclesia, nullum Oratorium, Capellavè, quibus non sint plura ex præfatis pretiosis ornamentis; ultra insignium Basilicarum thesaurus, in toto orbe celebres, veluti Sanctæ Domus Lauretanæ; Ducalis Templi Sancti Marci Venetiarum; Arcæ Divi Antonii Patavini, & similia.

Motivum vero fidelium in ditandis, & ornandis Ecclesiis fuit, & est meritum, atque remuneratio. Illud consistit respectu religionis, ac pietatis, quam exerceat; datum enim, vel relictum Ecclesiæ dicitur opus, & legatum pium. cap. Requisti. V. S. c. h. de Testam. l. Illud. C. de Sacrosanct. Ecclesiis. Roman. cons. 235. colum. 2. Moneta De Commut. Ult. Valut. c. 4. num. 29. Et qui donat Ecclesiæ, absque dubio donat ipsi Deo; siquidem Res Ecclesiæ dicuntur res ipsius Dei. Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 1. ibi: *Neres Ecclesiasticas, quæ Dei sunt &c.* Lestius de Jus. & Jur. lib. 2. cap. 4. num. 47. Et non minus meritum est legare Ecclesiæ, quam pauperibus, nomine enim pauperum comprehenduntur etiam Ecclesiæ. Bordon. de Legatis cap. 4. num. 20. Ideo quæ in donatione, quæ sit Ecclesiæ, nulla solemnitas requiritur, sed sufficit sola voluntas donantis. Spereil. Decif. 100. n. 14. Pignatellus tom. 9. cons. 147. num. 11. Remuneratio vero relit in remissione peccatorum, & condonatione pœnarum Purgatorii, à quibus citò liberantur, qui fuerint munifici, & liberales erga Ecclesiæ, prout constat exemplo Dagoberti Francorum Regis, narrato per Emin. Card. Baronium ad Annus Christi 647. num. 4. desumpto ex Amoino de Gestis Francor. cap. 34. quod refert etiam Spondanus ad eundem Ann. 647. num. 2. his verbis:

Hoc item Anno, quo abfolvit Dagoberti Francorum Regis XVI. idem Rex XIX. Januarii defunctus est; cuius erga Ecclesiæ munificencia ex ipsius testamentis superius est demonstrata. Eius corpus (inquit Amoinus) conditum aromaticis sepultum est in Ecclesia S. Dionysii, quam ipse universis, que in Gallis tunc temporis erant, excellentiorem considerat; aureisque, atque holofericis pretiosissimis ornamentis decoraverat, & amplissimis redditibus dotaverat. Et infra: Quod autem ad salutem anime ejusdem pertinet, scribit idem Autor, ea ipsa hora, qua in expiravit, visionem divinitus ostensam esse Joanni cuidam viro sanctissimo, in parva aliqua Insula prope Siciliam evemicam vitam excellenti, qua apparuerat ei baud procul in pelago Demoni vindictam Dagobertum per spatia maris agitante, in hisque verbis ad Vulcania loca trahentes; qui distensus cruciatibus, quorundam Sanctorum audiebatur postulare suffragia: cum repente aperto Cælo, inter fulmina in fluctus cum fragore ruentia, visi sunt descendisse Sanctissimi, quos Dagobertus in auxilium evocaverat, nempe Dionysius, atque Mauritijs Martyres, & Martinus Confessor (quorum Ecclesiæ plus ceteris idem Rex ditaverat) qui arreptam à demonibus ipsius animam secum ad ethera levarent, Deo hymno concinenter. Alios Autores gravissimos allegat ibidem Spondanus pro veritate hujus visionis; eamque in marmore antiquitatis sculptam in Ecclesia S. Dionysii ad monumentum ejusdem Regis Dagoberti usque in præsentem diem videri affirmat. En igitur juvenem, & levamen in Purgatorii pœnis, quod provenit donantibus Ecclesiis bonis pro earum ornatu, & Divini cultus splendore.

Moralia Ornamenta Ecclesiarum devotionem fidelium respiciunt, qui illas ingressi magna reverentia & timore orant, & Sacrificia adfiliunt, juxta illud Ps. 5. vers. 8. *Introbui in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Solicitudo autem primitivorum Christianorum in custodienda reverentia, aque devotione populi in Ecclesiis consistebat in frequentibus regulis. Primò, Mulieres stabant separatæ à viris, ut testimonio SS. Patrum demonstrat Emin. Card. Baronius ad Annus Christi 57. n. 123. & 124. nec non Spondanus eodem anno n. 37. ubi subdit: *Eundem distinctionem usum fuisse in Ecclesia Romana, ut declarant Vite Pontificum Symmachii, Gregorii III. atque Sergii; nec non antiquiora Ecclesiæ Vaticanæ monumenta; quibus etiam constat, dextram Basilicæ partem destinatam fuisse mulieribus, viris autem sinistram.* Secundò, alia erat janua, per quam ingrediebantur viri, & alia per quam mulieres in Ecclesiam, & sicut janua virorum præsidebat Osiarii, cujus officium erat introducere dignos, expellere indignos, & curare, ut introducti devotè starent; ita janua mulierum adstantem Diakonissæ, quæ erant mulieres annorum saltem quadraginta; promotæ ad hoc officium per institutionem manuum Episcoporum; quibus diversa munia committebantur circa custodiam, & directionem mulierum tum Catechumenarum, tum baptizataram, extra, & intra Ecclesiam; sed præcipue ut ipsæ cum silentio starent, ut latè demonstrat Illustriss. Episcopus Sarnellius in sua Basilicographia cap. 17. Eminen. Gardin. Bona. Liturgic. lib. 1. cap. 25. num. 15. in fine, & Magrius in Hierolexic. Verb. Diakonissa, ubi notat, hoc munere Diakonissas adhuc durare hoc Diakonissarum officium, notat etiam Tamburinus de Jure Abbasarum disp. 7. q. 8. deputantur enim Matronæ aliquæ, quas *Vetulas* vocant, quæ in Missa cantata juxta Ambrosianum ritum, ad Offertorium ferunt panem, & vinum pro Sacrificio; alibi etiam similes vidisse ait Magr. ubi supra. Tertiò nefas erat pauperibus ingredi Ecclesiam, ad solum capendam; sed cogebantur manere ad ostia, & in porticu, ut plurimum SS. Patrum testimonio ostendit idem Eminen. Card. Baronius d. Anno 57. num. 126. & illustrissimus Sarnellius in eod. tract. Basilicograph. cap. 3. n. 3. ubi observandam proponit Bullam S. Pii V. Incipien. Cum primam &c. editam Cal. Aprilis 1566. & est in ordine Bullarii la V.) in qua indicit pœnas pecuniarias contra irreverenter stantes in Ecclesiis; nec non contra pauperes per eas deambulantes, tempore Sacrificii, vel Prædicationis ad elemosinam petendam, & contra Capitula, Rectoresque Ecclesiarum negligentes in eis expellendis, & coercendis, ut ad valvas Ecclesiarum immoventur. Quartò Exercentes Magistratus, & Præfecturas, quando ingrediebantur Ecclesiam, inter privatos se collocabant, & genuflectebant, ob Sacri loci reverentiam, quam usque in præsentem diem servat exemplaripietate Nobiles Veneti; hi enim est Procuraria, vel Consulari veste induti, Sacrosanctum Missæ Sacrificium ita devotè audiunt, ut genuflectere apud pauperes personas, non detrectent; navè si apud ipsos se collocent, nihil curant, imitantes eximiam devotionem Constantini Magni, Theodosii, & aliorum Imperatorum, de quibus in l. 3. & 4. C. De his, qui ad Eccl. Confug. Eminen. Card. Baronius Anno 431. n. 4. & Spereilus in Parenesi Theolog. cap. 21. n. 3. ubi ex Eusebio in Vita Constantini lib. 4. cap. 33. notat eundem Imperatorem solum fuisse stare, & non sedere ad concionem, ob reverentiam loci Sacri. Quintò ejusdem reverentiæ gratia prohibitum est in jure ludos theatrales, idest comedias, scenicasque repræsentationes facere in Ecclesiis. cap. Cum deco.

decorum, & cap. Clerici officia. De vita, & honesti. Cleric. quibus vel cooperantes, vel intereffentes mortaliter peccare, nisi res devotæ omnino agantur, docet Baldellus in Theol. rom. tom. 1. lib. 3. disp. 33. num. 7. & 8. circa quas non sunt laxandæ habent; quantumvis enim actio, seu repræsentatio sit devota, vix fiet, ne aliquis contemptus ab auditoribus committatur in locum Sacrum clamoribus, tergiversationibus, confabulationibus; nec multi sunt anni, quod Brixia erecto theatro pro spirituali comœdia in Ecclesia recitanda; ignis casualiter accensus, & theatrum, & Ecclesiam consumpsit, non sine manifesto signo Divini Numinis irati. Tandem inter moralia ornamenta Ecclesiæ reputabatur distantia illa populi ab Altari; quæ legitur præscripta in cap. Sacerdotum. De eo loco, ubi Sacerdotes, & reliqui clerici consistunt, (quod Presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur, consistere; ut liberè, ac honorificè possint sacra officia exercere. Et in cap. 1. De Vita, & honesti. Cleric. ubi hæc sunt verba: *Ut laici secus Altare, quando Sacra Mystera celebrantur, stare, vel sedere inter clericos non presumant.* Utinam hisce temporibus hæc Ornamenta haberentur; neque eorum defectu deturparetur Ecclesiæ. Sed non igit dolendum de populis, quorum major pars ob ignorantiam peccat; sed invehendum est contra inscitiam, negligentiam, & animi vitiositatem Parochorum aliorumque ministrorum Ecclesiæ, qui nesciunt, vel non audent reprehendere, & monere, & intrudere laicos circa antedictos actus reverentiæ per eos in Ecclesia præstandos. Paucis ab hinc diebus, me celebrante, accessit nobilis femina, meam Missam audire, & se posuit penes Altare in cornu Epistolæ; adeo ut facies ejus tangebatur Missæ, dum ego confessionem ad gradus recitarem. Ascendi ad Altare, & dixi: discende, est locus ille Angelorum, non mulierum. Discit illa statim; licet enim nobilis, ignorantia laborabat. Cur ita? Quia Ecclesiarum Rectores sunt caecos muti, non valentes latrare, Isais. cap. 56. vers. 10.

Non fuerunt tales Ecclesiastici illi, quorum sapientiam narrat populi, & laudes eorum enuntiat Ecclesiæ, & nomina eorum vivent in sæculum sæculi; inter quos Emin. Card. Caesar. Baronius, de illo enim in *Memorijs Historic. Congr. Oratorii lib. 3. cap. 15. ad fin.* Joannes Marcianus ita scribit: *Fu in oltre zelantissimo del rispetto dovuto a Sacri Temp, ne temè di porsi ad evitare i pericoli, purchè allontanasse da quelli ogni scandalosa azione.* Et subinde narrat ab eo acriter reprehensum fuisse virum nobilem, qui in Ecclesia insidiabatur honestati certæ mulieris, & illum expulit è domo Dei, à quo fe protegendum ait, dum audivit eundem suæ vitæ necem minantem; prout evenit, nam paulo post dictus Vir nobilis præcipitatus ab equo in terram cecidit sibi fregit, & à dolore, atque punitione illa illuminatus Cæsarem Baronium accessere fecit, veniam ei petiit, confessionem generalem secum habuit, & ab eju directione de cætero, in moralibus voluit pendere.

Subinde de Petro Consolino, spirituali filio S. Philippi Nerii, & Sacerdote Congregationis Oratorii Romæ subdit idem Autor lib. 6. cap. 7. pag. 568. *Con non minore impetuosità zelava, che si rendesse a Crisfa, ed alla Chiesa il rispetto, ed onore, che se gli deve; onde con libertà Christiana, e con autorità di ministro di Dio corregeva coloro, che non osservavano la dovuta riverenza alla sua Casa.* Et refert contentionem, quam habuit cum Juvene nobili, qui inhonesti amoris causa morabatur in Ecclesia, de qua Consolinus illum ejecit, minas ejus spernendo. Et eod. lib. 6. cap. 12. pag. 617. De Juliano Maccalpho, viro laico ejusdem Congregationis, notat: quod *Ebbe questo buon fratello, che zelantissimo era del rispetto dovuto alla Casa di Dio, una particolare vigilanza, acciò in essa ogn' uno stasse con la riverenza dovuta. Armato di*

santo zelo senza mirare di che sorte fossero le persone, o di minore, o di maggiore condizione, faceva loro la correzione, se non osservavano le Leggi del rispetto, che si conviene alla Casa di Dio. Eadem scribit de P. Antonio de Grassis tom. 2. lib. 5. cap. 16. pag. 371. Fundabatur horum Ecclesiasticorum Zelus in cognitione magnæ offensæ Dei, quam faciunt homines, qui immodestè, & indevotè stant in Ecclesiis; de quibus Annales Sacri testantur severas punitiones; neque diabolum sollicitorem esse, quàm in procurandis actibus injurijs Templo Dei; idcirco legitur in *Prato Spirituali lib. 1. exempl. 33.* Demone incitasse quendam mulierem, ad hoc, ut in Ecclesiis colloquia faceret, ne adstantes servarent silentium, & reverentiam debitam Loco Sacro; quod cum dicta mulier peregressa; istu fulminis, sic Deo viadicante, obiit peregressa in Ecclesia. Et exempl. 34. S. Martinus Episcopus vidisse Diabolum apud Altare scribentem peccata illorum, qui absque devotione in Ecclesia stabant; quod etiam narrat Spereilus in *Parenesi Theolog. cap. 15. num. 11. & cap. 21. §. 1. num. 9.* & ex his Rectores Ecclesiarum argumentum sumunt prædicationi plebibus suis modestiam, devotionem, silentium, ac reverentiam in Ecclesiis.

Ornamenta tandem Legalia Ecclesiarum est immunitas locis Sacris ab omni jure concessa Divino, Naturali, Canonico, & Civili; ad hoc ut bona, & personæ jus Asyli in Ecclesiis habent ob reverentiam Divini Numinis, cui locus ille est consecratus. Hinc est, quòd Heliodoro tentanti auferre pecuniam, quæ custodiebatur in Templo Hierosolymitano, ut habetur 2. Mach. 3. dixit Onias Summus Sacerdos, *Docipi eos, qui credidissent Loco, & Templo, quod per Universum mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate, omnino impossibile esset.* Sic apud Gentiles Phœnicem, ac Ulysem res pretiosas è Troia abreptas dedidisse custodia causa in Templo Junonis cecinit Virgilius lib. 2. *Æneid.* his versibus.

Et iam porticibus vacuis Junonis ajslo Custodes Læti Phœnix, & dirus Ulysses, Prædam adservabant; huc undique Troia gazæ

Incensis erepta sacris, nonseque Deorum, Crateresque auro solidi, captivæque vestis Congeritur; &c. Apud Hebræos Templum supradictum erat Asylum tebus, & personis, ut in Philone notat Tirinus in *Comment. lib. Num. cap. 35. Vers. Nota quinto, ul-8* teriusque Dei jussu erant deputate sex Civitates, refugii Urbes appellatæ, de Jure Leviticum, quarum tres cis Jordanem, tres ultra illum erant, ad quas Rei confugientes salvi essent, homicidii voluntariis exceptis, ut legitur d. cap. 35. lib. Num. & Deuter. c. 4. & c. 19. Idemque servatum legitur à Gentilibus; ait enim Statius lib. 12. *Thebaid.*

Sic sacrasse loco commune animantibus agris Persuzium.

Et Florus lib. 2. cap. 12. loquens de Xerxe, ita scribit: *Absens vitius fugit in maria, insulamque Samothracem, fretus celebri religione, quasi Tempia, & aræ possent defendere, quem nec juorum mentes, nec arma potuissent.* Romanos quoque in Templis Deorum jus Asyli constituisse notat Tacitus *Annal. lib. 3.* Appianus lib. 1. de Bello Civ. & Svetonius in *triber. Cæsar.* Immo à natura data fuisse loco, quæ tamquam Asylia ipsis brutis servirent, & ea persequentes Leones, & Ursi ingredi non possent, refert Giralduus *De Divis gentium Syntag. 15.* Alianus de *Animalib. lib. 11. c. 6.* quos refert Menochius in *Storiei p. 6. Cent. 12. c. 75.* Porrò apud Christianos statim investita inter ipsos religione Catholica, hoc legale ornamentum, jus scilicet Asyli concessum fuit Ecclesiis, tum à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis, tum ab ipsis Imperatoribus, ut habetur in cap. *Reum, & cap. Definit.* 17.

SUMMARIUM.

17. qu. 4. cap. Inter alia. De Immun. Eccl. l. 2. C. de his, qui ad Eccl. confug. ut fusc probat Marius Italia de Immunit. Eccl. lib. 1. cap. 5. §. Unico. & ego docui in Decifionib. Anni 1632. in lib. Erote-matum Ecclesiasticæ. cap. 32. ubi plenè exponuntur omnes casus circa delinquentes, qui confugiunt ad Eccle-sias, à quibus ob earum venerationem extrahi non possunt sub pena excommunicationis Papalis late sententiæ, exceptis criminibus, & casibus, in quibus Gregorius Papa XIV. in sua Constitutione In-cipien. Cum aliis nonnulli. in diei 23. Maji Anno 1591. (quæ in Bullario est la VII.) noluit, posse Reos gaudere immunitate loci Sacri; qui quidem casus excepti sunt septem; videlicet, 1. In publicis la-tronibus, & grassatoribus viarum. 2. In depopulato-ribus Agrorum. 3. In committentibus homicidia, vel mutilationes in Ecclesiis, seu Cæmeteriis sponte, non casualiter. 4. In homicidiis proditoriis. 5. In Reis assassiniis. 6. In criminibus Hæresi. 7. In crimine læsæ Majestatis tentato contra Principis personam, de quorum casuum explicatione agunt idem Marius Italia, Farinacius, Del Bene, Ambrosinus, Gamba-curtia, & Cuselius, qui tractatus integros de Immunitate Ecclesiæ scriperunt, præter alios Summistas, & Moralistas, quos novissimè congerit Pignatellus tom. 9. consult. 2. ubi plures curiosas quæstiones decidit de hac Immunitate.

Ad ornatum hujus quarti Legalis ornamenti, scilicet Aplyi in locis Sacris, liceat hic referre exem-
plum, quod ponit Ant. Masius in *Scola Christian.* his verbis: *Il Re di Castiglia D. Sanzio andanado a caccia, e seguitando un Cinghiale, lo giunse, e quello si saltò nella muraglia della Chiesa; ma il Re alzò il braccio pro tirarsi un colpo di Lancia; e Dio lo castigò subito per il suo ardire, che non rispettava la Chiesa, poichè gli restò secco, ed insensibile il braccio; e li casò la lancia della mano. Smonato il Re da cavallo fece orazione a Dio; chiedendogli perdono del fallo; il che fatto, risanò; e lasciò libero il Cinghiale, e poi subito fece una legge, che niuno de suoi Ministri ardisse di far prigione alcuno nelle Chiese de Cristiani; ordinando, che si rivivessero, e fossero immuni da ogni violenza.* Qui plura desiderat de antiquorum eruditionibus circa Templorum Aplya, adeat Tolosan. *Syntag. Juris part. 3. lib. 33. c. 21.* De casibus verò decidendis circa delinquentes, qui ad Ecclesias confugiunt, præter Summistas in *Verb. Immunitas*, legatur Pignat. tom. 1. consult. 48. & 49. Nec non consult. 93. consult. 96. consult. 98. & 99. novissimè Anton. Conciolus in *suis Resoluzioni. Criminal. Verb. Immunitas Ecclesiasticæ.* Res. 1. ubi probat, hoc ornamentum Immunitatis deberi Ecclesiis etiam nondum consecratis, vel benedictis, aut perfectè non constructis, si de licentia Episcopi con-strui coeperunt; item Ecclesiis pollutis, seu interdicitis, ac etiam dirutis; si adstet Spes reedificationis, & Ecclesiarum appellatione in hac materia veniunt ostia, & muri ejus exteriores, Sacristia, Campanile, Domus Parochi, seu Canonica, Cæmeterium, Ho-spitale, Oratorium, & Palatia Episcoporum.

DECISIO XLIV. ARGUMENTUM.

Declaratur, ad quos spectet provisio ornamento-rum Ecclesiæ, vel Altaris? An ad Rectorem, vel Capellanum sive ad Patronum? Aut ad Populum? Regulæ octo, juxta quas decidende dif-ficultates circa reparationem Ecclesiarum, & Al-tarium, Cæmeterii, Campanarum, Domus Pa-rochialis, necnon quorumcumque Ornamentorum Ecclesiasticorum?

- 1 Ornamenta Ecclesiæ à quo de jure sit providen-da.
- 2 Fabricæ redditus annuorum præteritorum expenden-di pro ornamentis.
- 3 Fabricæ redditus venturi satisfaciunt expensas jam factas in Ecclesiis.
- 4 Constitutio Synodalis, si extet, circa Expensas Or-namentorum Ecclesiæ, est servanda.
- 5 Consuetudo est attendenda in provisione Ornamento-rum Ecclesiæ.
- 6 Consuetudinis tria requisita necessaria. Et quæ?
- 7 Beneficiatus habens pingue beneficium tenetur ad ornamenta.
- 8 Expense pro Ornamentis Ecclesiæ quando præ-ferenda alimentis beneficiati? Vel è con-tra.
- 9 Populus quando cogendus ad expensas pro Orna-mentis Ecclesiæ?
- 10 Patronus Ecclesiæ an debeat providere de novis Or-namentis?
- 11 Patronus si non provideat Altare de necessariis, pri-vatur Jure patronatus.
- 12 Episcopus quando suis expensis teneatur providere Ecclesiæ de Ornamentis?
- 13 Capellanus an cessare possit à celebratione, ut ornata ornamenta Altaris?
- 14 Ornamentorum Ecclesiæ nomine veniunt reparatio ejus, domus Capellani, reconciliatio, oleum pro Lampade, & aliæ expensæ neces-sarie.
- 15 Cæmeterii expensæ spectant semper ad Parochia-nos.
- 16 Consuetudo in Diocesi Patavina pro expensis Eccl-e-siarum varia.
- 17 Parochus de jure est obligatus ad expensas Altaris majoris, & unius Campanæ.

EX firmatis in præcedenti decisione, litare non licet in Ecclesia, vel Altari, quæ non habeant sufficientia ornamenta; vel à fondatoribus, vel aliis piis personis donata. Verùm quia cursu temporis sup-pellectilia Ecclesiastica usum consumuntur, & ad novas donationes faciendas charitas refrigerat; ideo sæpè dubitare, & litigare contingit, ad quem de Jure spectet providere de necessariis ornamentis Ecclesiæ, vel Altaris pro Sacrificio? An ad Rectorem Ecclesiæ, sive Capellanum? An ad Patronum? An ad Populum? An ad alios? Quapropter hanc quæstionem hic examinare decrevi, & materiam expensarum pro ornamentis Ecclesiæ, ac Altaris dilucidare, quæ etiam deservire poterit pro reparatione Ecclesiæ, Cæmeterii, Campanilis, & Domus Parochialis; frequentia enim summius inter populos, & Parochos, præcipue rurales, pro his rebus Ecclesiasticis restaurandis, renovandis, & amplificandis.

Pro intelligentia dicendorum præmittendæ, & notandæ sunt octo Regulæ in jure certissime.

Prima est, quod ubi agitur de expensis faciendis in ornamentis prædictis, inspicere oportet, an Ecclesia, vel Altare habeat redditus annuos pro fabrica, seu dote ab initio assignatos; ut docuimus supra Decif. XL. à num. 27. & seqq. quibus stantibus nullus est molestandus, sed de ipsa dote, seu fabrica faciendæ sunt expensæ necessariæ, juxta Glossam in cap. 1. & ibi DD. De Eccl. edificand. Capellam Tolosan. Decif. 100. aliis 409. & ibi Auzer. in addition. Paulum de Cittadinis de Jurepatron. p. 6. art. 5. q. 5. num. 3. Lambertinum eod. tract. lib. 3. q. 7. per totam; ac Sperellum, alioscumulantem Dec. LXVII. n. 1. Et casu quo pecuniæ ex ipsa fabrica, seu dote annis præteritis exactæ non sufficiant ad ornamenta prædicta renovanda; si Rector Ecclesiæ, vel Capellanus Altaris voluerit expen-

pendere de suo, & supplere numerum deficientem, poterit se reimbuare de redditibus ejusdem dotis, seu fabricæ annis futuris exigendis, juxta responsum Rebuti resp. 123. per tot. ad doctrinam Navarræ de Spoliis Cleric. §. 10. in fine, nec non Cenedi in Collect. Decret. collect. 153. sub num. 3. quam approbat idem Sperellus Decif. LXXVII. num. 23.

Secunda Regula est: quod cessante dote, vel redditibus fabricæ inspicatur, an extet Constitutio Synodalis, seu statutum, aut lex particularis illius Ecclesiæ, vel Diocesis circa provisionem ornamentorum Ecclesiæ, aut Altaris? ea enim esset servanda; & juxta illius dispositionem providendum, ut scribit Abbas in cap. 1. num. 3. De Eccl. edificand. & Berous conf. 13. num. 3. & 4. vol. 1.

Tertia Regula. Deficiente lege scripta recurrendum est ad consuetudinem, quæ omnino est servanda; ut nempe ii, qui ad expensas prædictas ornamentorum concurrere solent, compellendi sint, nemine excepto. Capell. Tholosan. & ibi Auzerius d. Decif. 600. Belletus d. Cleric. debitor cap. 13. n. 3. & 4. Genens. in præ. Curia Neapolit. cap. 109. in fin. Rota p. 1. recent. Decif. 627. num. 1. & Sperellus d. Decif. 67. num. 3. Consuetudo autem est probanda cum illis tribus necessariis requisitis, quæ sunt, actum frequentia, temporis diuturnitas, & voluntarius populi consensus Azor. in Summ. Cod. Quæ sit longa consuetudo. Abb. & alii in cap. fin. de Consuetud. Rota p. 1. rec. Decif. 255. num. 4. & p. 2. Decif. 407. num. 2.

Quarta Regula. Quod si de consuetudine aliqua non constet; observandum est, an Ecclesia, seu Altare habeat pingues redditus pro alimentis Rectoris, seu Capellani; tunc enim reservatis necessariis ad eorumdem congruam sustentationem, quod superest debet expendi in provisione ornamentorum, quibus indiget Ecclesia, vel Altare. cap. fin. 12. q. 1. cap. 1. & cap. 4. & cap. De his. De Eccl. Edific. Surdus conf. 62. per totum vol. 1. Sperellus plurimos allegans d. Decif. 67. num. 4. & 5. ubi num. 6. advertit, detrahendos esse fructus pro sustentatione Rectoris Ecclesiæ, vel Capellani, dummodo aqualiter residant, & intersit Ecclesiæ, vel Altari; quia si eorum tituli essent simplicia beneficia absque alio onere, vel cum modica obligatione; alimenta non sunt ipsis beneficiatis reservanda; sed provisio ornamentorum est præferenda, uno excepto casu; si ad illum titulum essent ad Sacros Ordines promoti; tunc enim, ne cum dedecore clericalis status cogantur mendicare, fructus pro congrua sustentatione deberent habere. Surdus d. conf. 62. num. 11. & seqq. Ripa resp. 1. de Consuetud. num. 6.

Quinta Regula. Si autem fructus beneficii non sint pingues; sed ita tenues, ut sufficere non possint ad sustentationem Rectoris Ecclesiæ, seu Capellani Altaris, & ad provisionem pro ornamentis; in hoc casu si Ecclesia est Parochialis, & libertæ collatio-nis; compellendus est populus ad expendendum pro rata in ornamentis; quod si sit Jurispatronatus, debet Patronus ad expensas hujusmodi concurrere, juxta decretum Concilii Tridentini sess. 21. de Reform. cap. 7. etiam si alias dedisset dotem, sed fuisse de-perdita, ut ex doctrina Lambertini de Jurepatron. lib. 3. q. 7. art. 5. docent Genens in *Manuali Pa-por.* cap. 36. n. 1. in fine. Loterius lib. 1. q. 31. num. 19. & Sperellus d. Decif. 67. num. 10. 11. & 12. nec non Decif. 68. num. 11. & 12. & ibi Leo in *Theaur. fori Eccl.* part. 2. cap. 16. num. 18. ac etiam Barbo-sa alleg. 64. num. 16.

Sexta Regula. Quod si Patronus coerceri non possit ad has expensas faciendas, & potius permittat, vel privari Jurepatronatus; ut sæpè accidit in Capellaniis, & Altariis cum obligatione Missarum, quam adimplementum parum curant hæredes, etsi cum injuria, & detrimento animarum (sorum majorum, & Sacrificio Missæ.

& testatorum; in hoc casu, si sit aliqua persona, quæ velit iterum dotare illud Altare, seu Ecclesiam; & acquirere Jus patronatus illius, est et Jurepatronatus concedendum, & ex nova dote, sive ex pecunia hujus novi Patroni sunt ornamenta, aliæque necessaria emenda, ut latius differit Loterius d. lib. 1. q. 31. à num. 20. & seqq. & ibi Lambertini de Jurepatron. lib. 1. q. 6. art. 4. num. 5. & 6.

Septima Regula. Quod si nullus reperitur, qui velit dotare, & Jurepatronatus acquirere, & constet de negligentia Episcopi in erectione jam facta Capellaniæ, Altaris, seu Ecclesiæ abique sufficienti Dote pro sustentatione ejus, & ornamentorum; tunc adstringendus est ipse Episcopus, ad faciendas necessaria expensas, ut docuimus supra Decif. 40. num. 19. & tenet Glossa in cap. Nemo. De consecr. dist. 1. nec non Sperellus d. Decif. 68. num. 13.

Octava, & Ultima Regula. Quod si Episcopus detrectet, hanc satisfactionem facere, & potius velit in alia vita culpabilis negligentia suæ pœnas luere; (ut facile est in præxi apud Prælatos, qui temporalia magis curant, quam æterna;) in hoc casu poterit Capellanus, seu Rector Ecclesiæ abstinere à celebra-tione Missarum; & interim aliudquæ celebrando pro sui ipsius sustentatione, provenit Altaris, seu Capellaniæ, vel Ecclesiæ applicare ad provisionem ornamento-rum, & aliarum expensarum, quæ sunt necessaria pro Sacrificio, vel de licentia Ordinarii, vel ex consilio prudentis viri, ut in his terminis scribit Praxi-mallus de Obligat. Sacerd. sect. 4. concl. 5. §. 5. quem laudat Tamburin. de Sacrif. Missæ lib. 3. c. 1. §. 3. n. 100. & 101. qui loquuntur de ornamentis omnino necessariis; sed de aliis ad pompam, nisi bona fide fuerint provisæ pro aliqua vice tantum. Et idem docet Bordonus in *tract. de Legatis*, cap. 10. à num. 88. & seqq. supposito, quod redditus annui pro celebratio-ne Missæ sufficiant tantum pro solito stipendio celebra-ntis; & quod iste annis præteritis non haberit ampliores redditus; tunc enim esset obligatus orna-menta emere absque intermissione celebrationis Mis-sarum; ac ex Sperell. d. Decif. 67.

Potest prædictæ Regulæ servandæ sunt non solum in provisione ornamentorum, quibus Ecclesia, vel Altare indiget, sed etiam in sequentiis necessitatibus, vel eisdem Ecclesiæ, vel Altaris; videlicet si egeat restauracione, imminente ruinæ periculo ob vetustatem; si agatur de reficienda domo Rectoris, seu Capellani; si de emendo oleo pro lampade, ut collocat in Ecclesia, præcipue si ibi servetur SS. Eucharistia; aut reconcilianda sit Ecclesia ob pollutionem effusio in eam humano sanguine, vel semine injuriis; & faciendæ sint expensæ in conducendo Episcopo; prout de prædictis simul omnibus casibus differit, & DD. allegat Sperellus d. Decif. 68. ubi n. 8. advertit, expensas pro restaurando, ampliando, reconciliandovè Cæmeterio semper spectare ad Parochianos. Quamvis in quocumque genere expensarum circa Ecclesias Parochiales attendenda sit consuetudo, quæ varia esse solet in Diocesis; prout in hac Diocesi Patavina in aliquo loco medietas expensarum fit per Parochum, alia medietas per populum; in aliis verò locis Parochus concurrat in expensis pro tertia parte, populus verò in aliis duabus tertiis; alicubi etiam tertia pars expenditur à Confraternitatibus spiritualibus in illa Ecclesia institutis. Cæterùm de Jure Rector Ecclesiæ videtur obligatus ad quascumque expensas pro Capella majori, & Altare SS. Sacramenti, nec non pro sustentatione unius campanæ; nam hæc sunt necessaria simpliciter pro suo Officio Parochiali exercendo: populus verò debet. facere expensas pro restauranda navi Ecclesiæ, cæteris Altariibus, & pluribus Campanis; quia hæc omnia deserviunt ad meram ipsius populi utilitatem, ut bene advertit Tondur. *Resolut. benefic. part. 1. cap. 38. & cap. 39.* ubi de materia plenè agit. Barbosa de Paroch. cap. 13. Et de Episcopo alleg. 64. à num. 4.